

natos ad pacem Taicosamæ suadendam. Huic operi delectus est frater Petrus Baptista, sacerdos ex Ordine Minorum sancti Francisci strictioris obser vantiae discalceatorum, morum sanctitate et doctrina insignis: cui alii dati sunt socii ex eodem Ordine. Qui omnes legationem hanc eo suscep runt animo, ut inde occasi onem arriperent Evangelium illis gentibus præ dicandi; quia Apostolica pollebant auctoritate ad fidem catholicam apud Indos et Simica regna disseminandam. Hi ad littora Japoniæ appulsi, et suo munere feliciter functi, ad religionis incrementum, in partem laboris aliis sociis adscitis, animum suum converterunt.

r. Sancti tui.

LECTIO V.

MULTIS proinde xenodo chiis, cœnobiis et ecclesiis per diversa loca christiano ritu excitatis, ibique per triennium prædicationi, jejuniiis, vigiliis, precibus jugiter instando, atque egenorum et languentium ærumnis miro charitatis ardore subveniendo, et fideles plurimos in via salutis confirmarunt,

et gentes innumerias per duxere ad fidem. Qua de re graviter commoti in a nium deorum sacerdotes, imperatorem conveniunt, ei que persuadent imperi um diu incolume non futurum, ni christianam religionem undique gliscen tem a suis finibus propulsandam curaret. Vano illo timore percusus im perator statim jussit reli giosos viros tanquam ma jestatis reos detineri, dixitque in eos sententiam crucis. Præter Petrum Baptistam et quinque so cios comprehensi fuere Paulus Miki cum duobus sociis Japonensibus ex Societate Jesu, nec non Tertiarii quindecim ex eodem Ordine Minorum Japonenses, quorum alii catechismo, alii sacris of ficiis inserviebant, qui bus duo in vinculis ministrantes adacti sunt, pro indeque sex et viginti expletus est numerus.

r. Verbera.

LECTIO VI.

Post diuturnum carceris squalorem fortissimi Christi athletæ, extrema sinistræ auris parte in Meacensi foro publice mulctati, revinctis post tergum manibus, vili in